Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



cordibus uestris et tribulacionib⁹ quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei ut digni habeamini in regno dei pquo et patimini: si tamen iustum est apud deum retribuere retribucionem his qui uos tribulant et uobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelacione domini iesu de celo cum angelis uirtutis eius: in flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum: et qui non obediunt euangelio domini nostri iesu xpi Qui penas dabunt in interitum eternas a facie domini et a gloria uirtutis eius: cum uenerit glificari in sanctis suis: et admirabilis fieri in omnib⁹ qui credi derunt iesum xpum dominum nostrum Secundum matheum

Hinc Videns iesus turbas multas circa se: iussit ire transmitem Et accedens unus scriba: ait illi Magister sequar te quocumque ieris Et dicit ei iesus Vulpes foueas habent et uolucres celi nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet Alius autem de discipulis ait illi Domine: permitte me primum ire et sepelire patrem meum Iesus autem ait illi Sequere me: et dimitte mortuos sepelire mortuos suos Sua sancta ad Thessalonicenses

Fratres Karissimi ita quoque fiduciam in nobis habemus in domino quia quecumque precamur uobis in ipsum nouum et uiuentem quia dedicauit nobis per uelamen id est carnem suam et sacerdotem magnum super domum dei: accedamus cum uero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala: et ablutum corpus: aqua munda: teneamus spei nre confessionem indeclinabilem: fidelis